Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



PROLOGVS

Plog' Super Ecclesiasticum

IBRVM

Jhesu filij Syrach dicit se Jeronimus apud hebreos reperisse non ecclesiasticum ut aiunt latinos. Et paralipomenon tantum autem inscribunt ecclesiastes et canticum canticorum ut salomonem non modo libros unio. Et maiores graecae coequare libros non sapientiae non reperisse aiunt eos. Et magis gratam redolere eloquentiam quem non nulli philosophis esse affirmant. Ecclesiasticus non sicut ecclesiastes. ecclesiae utilissimus est quo congregatore vel collectore nuncupatur. Siquidem ille exhortator. Et ecclesiastes ad xpm referuntur. adquemlibet poenitentiae ecclesiasticus. quod prae excellentia mutuum suae paenitentiae omnium mutuum capax appellat. Cuius tanta claritas tantaque latinitas est. ut ipse sibi omentum sit alium plogum quere in fine huius libri capitum primum

omnis sapientia a domino deo est. et cum illo fuit semper. et est ante omnem. Arenam maris. et pluuiae guttas. et dies seculi quis dinumerat. Altitudinem celi et latitudinem terre. et profundum abyssi quis timebit. Sapiam dei praecedentem omnia. quis inuestigabit.

Prior omnium creata est sapientia. et intellectus prudentiae aeuo. Fons sapientiae verbum dei in excelsis. et mandata eius. Radix sapiae cui reuelata est. et manifestata. et multiplicationes eius quis intellexit. Vnus est altissimus creator omnium omnipotens. et rex potens. et metuendus nimis. sedens super thronum illius. et dominans dominus. Ipse creauit illam spiritu sancto. et uidit et dinumerauit. et mensus est. et effudit illam super omnia opera sua. super omnem carnem secundum datum suum praebuit illam diligentibus se. Timor domini gloria et glorianatio laetitia et corona exultationis. Timor domini delectabit cor. et dabit laetitiam et gaudium in longitudine dierum. Timentibus dominum bene erit in extremis. et die defunctionis suae benedicetur. Initium sapientiae timor domini. et cum fidelibus in utero creatus est. et cum electis fe minis egressus est. et cum iustis et fidelibus agnoscetur. Omnibus autem appetentibus eam in timore dei. et agnitione magnalium suorum. Dilectio dei honorabilis sapientia. timor domini sapientiae religiositas. et iustitia et. et iustificabit cor. et iocunditatem atque gaudium dabit. Timentibus dominum bene erit. et in die consolationis illius benedicetur. Plenitudo sapiae timere dominum. et plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implebit a generationibus. et receptaculum a thesauris illius. Corona sapiae timor domini. repletes pacem. et salutis fructum. et uidit. et dinumerauit eam. Vtique autem sunt dona dei. Scientiam et intellectum prudentiae sapiae praestitit. et gloriam tenentium se exaltat. Radix sapiae timor domini. et rami eius illius longeui sunt. Iustissimus sapientiae intellectus. et scientiae religiositas. exercitatio autem profundi est sapientia. Timor domini expellit peccatum.